



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciæ

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Leodii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](#)

2. Sed nec hero usquequaq; fruitor.
Ante sextam vespertinam ne adito:
Post septimam ne maneto.
Horæ aliæ ad alias illi curas.
Heic cogitat, heic pangit:
S T I L U S heic est, abi musca.
Quid si & cœna? abi musca.
3. Sermones etiam ne exlèges.
Jocari licet:
Narrare licet:
Rogare licet:
Sed nihil serium.
Gratiarum hic locus est.
4. Si quid amœnus tamen in studiis,
Inter ambulandum
Dissere, doce, disce.
Et Musarum hic locus est.
5. Tu qui seriosus,
Tu qui rixosus,
Exeste.
Clusius ego sum vobis.
6. Canis, præter unam, emaneto.
Hecuba, præter unam, emaneto.
Habes? hoc etiam.
Quoquó te agis, te video.



LEODII. IN TEMPLO D. JACOBI.

D. O. M.

Danieli Mauch, & Rosæ Stockerin conjugg. qui post
quam hæretic. factionib. artis focisq; paternis pulsi, in
hac Eburonum urbe exilii voluntarii sedem collocassent,
1111. mensium inter utriusq; obitum spatio interjecto,
in æternam patriam migrarunt. Daniel filius unigena pa-
rentibus opt. dulcissimisq; mœrcens P.

Vixit

Vixit Daniel ann. LXIII. Rosa LVII. In
matrimonio unâ fuere ann. XXXVII.
Obiit hæc prid. Id. Jul. ille XVI. Kal.
Decemb. ann. Christi m. D. XL.

I B I D E M I N G U I L I E L M I T A -
r u m cœnobio.

Hic jacet vir nobilis Dominus Joannes de Mandevile,
Al.D. ad Barbam miles, Dominus de Campdi, natus de
Anglia, Medicinæ Professor, devotissimus Orator, & bo-
norum largissimus pauperibus erogator, qui toto quasi
orbe lustrato, Leodii diem vitæ suæ clausit extremum.
An. Domini m. CCC. LXXI. m. Novemb. die XVII.

I N S C R I P T I O F O N T I S A D Æ D E S C O M I -
tis Mansfeldia & Petri-Ernesti, extra urbem Lützen-
burgam, versus septentrionem.

Quisquis huc accedis, si te æstus sitisve urget, hic æstū
quietus vitato, sitem pronus extinguito, aquam manū
haurito, os lavato, at pede ne turbato, nudo corpore ne
polluito, quiescentibus enim carissimæ uxoris manibus
tranquillam undam sacravit: Mariæ de nomine Mariæ
fontem nuncupavit: æterni sui amoris testes latentes va-
sta sub rupe lymphas erui, vivo lapide cingi, æternasque
fluere jussit P.E.C.M.



G R O N I N G A E I N
F R I S I A .

D. O. M.

Lamberto Cantero Frisio Gruningensi, Jurisc. clariss.
Philosopho & Oratori præstanti, Caroli Quinti Sena-
tori, raro virtutis omnis exemplo, singulari patriæ orna-
mento, parenti merito longè cariss.

Mm ij

pot-
li, in-
flet,
ecto,
a pa-
Vixit